

Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult.
Senior Ad Exequias Quas ... Viro Dn. Gebhardo Moltken, Liberi maestißimi ad
hodiernam mediam secundam in templo Mariano paratas cupiunt Academiae
Cives invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1645


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770661351>


Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in
G. Moltke.
Rostock, 1645.

10





RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTORPI-
US, D. & Theol. Facult. Senior

Ad Exequias

Quas

Nobilissimo ac strenuo Viro

DN. GEBHARDO
MOLTKEN,

*Liberi massissimi ad hodiernam me-
diam secundam*

Intemplo Mariano paratas cupiunt
Academiae cives invitat.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XLV.



RECTOR

Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS, D. & Theologicae
Facult. Senior.



Uamvis longe multa sint, quæ vi-
tam hanc & acerbam reddunt, &
expugnant; nihil tamen tristitiâ seu
animi mœrore eam magis arctat,
nullus hoc ipso aries validior, quo
impetitur vehementius. *Tristitia quippe est, (ut
cum medico celebri loquar) quæ gravissimis quo-
tidie valetudinibus initia præbet, quæ infinitos dies
interficat. Qui enim non interimat sanguinem &
Spiritus, quibus caloris nativi substantia fovetur, ad
scatebram suam. id est, in intima cordis perpetuo con-
stipat? Deniq; in arctum coactum, coangustatumq;
macerat & distrangulat. Unde quotidie videmus
in mœrentibus appetitum & concoctionem ciborum
collabi, sanguinem partim diminui, partim alterari &
corrumpi, viresq; omnes labefactari & concidere.
Quemadmodum vero crapula plures moriuntur quam
gladio, ita plures mœrore animi quam crapula absumi,
quoti-*

quotidiana experientia docet. Animus enim aegritudine, quasi tempestate quatitur, quo minus belle habente, necesse est confestim corpus συμπαθεῖν. Non adhæc probanda historias, aut sapientum sententias, aliosq; testes; quisquis se ipsum, qui aliquando mæroris vehementiam expertus est, ingrediatur, & verissimum esse illud comici veteris fatebitur, πλῶν φύσιν τοῖς πῶσιν ἀνθρώποις κακῶν ὄντων, μέγιστόν ἐστιν ἡ λύπη κακόν. Quum naturâ cunctis hominibus malâ multa adsint, maximum est tristitia malum. Occupat hæc, proh dolor, difficillimis his temporibus omnia; nec illi cui nunc sacra facimus, ab hac licuit esse immuni. Est is Vir Strenuus & Nobilissimus. *Dn. Bebbardus Moltke* / qui quos quantosq; mærores proximis vitæ annis senserit, nemo ignorare poterit, cui ipse notus fuit. Quamvis enim quâ genus, qua natalitiorum celebritatem, unde felix, & à mærore liber videri poterat, abunde satis habuerit: tamen hæc adversitatum plenissima tempora, non modio nec trimodio, sed toto horreo ipsi sunt ad mensi mærendi materiem. Genus duxit ex veteri & celebri Moltkeniorum profapia, quæ maiores suos Nobiles, ab annis sexcentis in hac nostra Megapoli, & Pomerania florentes recenset; apud nos certe in divo Jacobo sacro templo, in unis prope altare fenestris, ex Moltkeniis genus ducentes ordine

recensentur sexaginta & unus. Natus est emortuus noster Anno 1567. 25. Octobris *Patre* Strenuo & præcipuæ nobilitatis viro *Dn. Baltazaro Moltken*. In *Wesselstorff/ Tuzen & Newentirchen* hæreditario, *Matre* nobilissima, pietate, & omni virtutum muliebrium genere ditissima matrona, *Annâ Behren* de domo *Lehau* *Avia paterna* fuit, Nobilissima & virtute ornatissima fœmina ex *Luhiorum* in *Kolchow* familia. *Avia Materna* genus duxit ex celebri familia *der Bredowen* ex domo *Kemsborg* in *Marchia*. *proavia paterna* ex *Generosis Dominis* in *Pottlitz* nata fuit. *proavia materna* *Anna Hoben* de domo *Wastow*. Sed quid attinet prolixè Emortui majores recensere, quos longâ serie sanguinis nobilitate claruisse nemo inficiatur; quum p̄tissima nobilitas in eo sita sit, propriis quemq; laudibus insignem esse. Inter laudes has *Macarites*, id quidem cum omnibus Christianis commune habet, quod per baptismum Christo est insertus, sed quæ major laus esse potest, quam inter cæli cives numerari? hoc ut ipsi contingeret parentibus curæ fuit, qui per baptismum ex se natum regenerari, cæli civibus ascribi, & ab *avo paterno* nobilissimo *Gebhardo Moltken* unico tum temporis ex *Moltkeniorum* familia superstite, & omnium bonorum ad *Moltkenios* spectantium possessore,
Geb-

Gebhardum nominari curarunt, Christo in ser-
tum non solum pie eduxerunt, sed & ut in illis,
quæ generis nobilitatem exornant, insignis esset,
nullis sumptibus pepercerunt. In literis & mori-
bus domi ita instructum, ut cum laude in Acade-
miis versari posse putaretur, Emortuum no-
strum parentes, annos natum sedecim, huc Ro-
stochium ablegarunt, & eum vitæ ac morum cen-
sori acerrimo Dn. Simoni Pauli, Theologo apud
nos & Superintendenti celeberrimo commise-
runt, cujus domo & convictu per annos quatuor
cum uteretur, non potuit non moribus com-
ptior, & eruditione instructior inde exire.
Rostochio Jenam perrexit, ibidemq; per trien-
nium integrum hæsit, nec otio, alea, computa-
tionibus, quod, nimis quam frequens est, inter
eos, qui Studiosi dici volunt, tempus perdidit,
sed quod ingressus erat literarium stadium stre-
nuè decurrit, & sui in Juris studio profectus do-
cumentum reliquit, *disputationem de usu fructu,*
quam sub præsidio Nobilissimi & Amplissimi
Arnoldi Keyern J. C. & P. P. cum laude ibidem
habuit. Jena Ingelstadium ivit, & inter domesti-
cos Oberti Giphaniij Juris Antistitis Celeberrimi
per sesquiannum vixit. Tantis usus. per
novennium propemodum, vitæ ac studiorum
informatioribus, nō potuit non Emortuus noster,

cui ad summa conscendere animo sedebat, est laude dignum quid imperatore. Jactis hisce in Scholis regiis fundamentis, placuit ipsi ad summum Imperij Romani dicasterium quod Spira est, concedere, ut quomodo illa quæ in Academiis didicerat, ad usus transferrentur cerneret, ibidemq; annum integrum per mansit, in præcipuorum judicum ac Assessorum familiaritatem penetravit, & quæ sibi, aliisq; post profutura erant, dedit.

Domum inde, à qua per decem annos abfuerat, tredecim, possessiones *Luzen & Newkirch*, à patre adhuc vivo regendæ sunt commissæ, quam cû curam solus sustinere non posset, vitæ ac curarû domesticarum sociam, DEO ita disponente, & parentibus suadentibus, Anno 1596, elegit, genere & parentibus nobilem virginem *Annam von Balsleben* / strenui ac nobilissimi viri *Ottonis Balsleben* / in *Buschenmuhl / Leistow & Hagen* hæreditarii, filiam. Concors duobus his matrimonio junctis fuit conjugium, in quo ex se natos viderunt, *filios duos & filias duas*. Pl Reverendum, Strenuum, ac Nobilissimum DN. *Balthasarum Moltken* / apud Magdeburgenses Canonicum, præcipuum, cui propter motus bellicos paternis exequiis interesse non licet, Et strenuum ac Nobilissimum *Ottone* *Moltken* / in *Nicôr* / hæreditarium, qui ultimum hunc funebrem honorem.

filius


filii patri adornat. *Filiarum major, Anna Sophia Moltken*/ postquam in matrimonio, strenuo ac nobilissimo Viro *Georg von der Lube*/ in *Flowhæ* hereditario, aliquot annos convixisset, & illum filii unius, & quatuor filiarū, adhuc superstitem, patrem fecisset, rebus humanis valedixit; *filiarum minor Margaretha Moltken*/ strenuo ac nobilissimo *Joachimo Levedowen* in *Sinstorp* hereditario nupsit, & mœroris plenissima tunus paternum comitatur.


Postquam autem Emortuus noster, primā quā dixi vitæ consortem Anno 1604. amisit. septē integros annos viduam vitam vixit. Interim ab Illustriissimo ac Celsissimo Principe ac Domino Dn. CAROLO Duce Megap. laudatissimæ memoriæ, innumerum hujus provinciæ senatorum Anno 1608. assumptus est. Quia verò honesta quidem, sed onerosa hæc functio Macariten à curis rei familiaris avocabat, cœpit sibi dispicere de consortē, qua cum curas & labores domesticos, qui non leviter adaucti fuerant accessione possessionis in *Toitenswinkel*/ divideret; & invenit à pietate, nobilitate, & rei domesticæ notitia commendatissimam foeminam *Annam von Rotermund*/ strenui ac nobilissimi *Joachimi von Stralendorff*/ viduam, Unum fuit duobus his maritatis velle & nolle. videruntq; ex se natos filios tres, filiam unam.

EX

Ex quibus tres ad cœlestia præmiserunt, unus
isq; filiorum junior; Strenuus ac Nobilissimus
Jochim Friderich Moltke / qui adhuc invivis est,
militarem vitam elegit, & in castris agit.

Emortuus hic noster cum posset non milita-
ribus illis difficultatibus, quas universa Germa-
nia annos jam plurimos sentit, implicari, bonis
hæreditariis relictis, Lubecam concessit, ut ibi-
dem quiete ageret, ubi & quatuordecim annos
substitit, & domi precibus, ac publice concio-
nibus audiendis vacavit. Verum quum nulla calami-
tis sola sit, Lubecæ extra patriam constitutus, suavissi-
mam alteram vitæ confortem, amisit, & repetita vice,
viduus factus, dolorem dolori se associantem sensit. Se-
sq; ianno post conjugis hujus obitum, Lubeca Rosto-
chium ire, & domum quam apud nos habet, inhabitare
constituit, & quod constituit Anno 1643. 15. Octobr. fe-
git. Quia verò senex admodum ad nos rediit, cum æ-
gritudine & morbis fermè continuis conflictatus est,
qui in tantæ ætatis, propemodū octuaginta annos nato
viro, nullis medicamentis superari potuerunt. Planè er-
gò, super terrenis rebus depositis curis, ad DEUM se con-
certit, eidemque, plenus in CHRISTUM Salvatorem fidu-
cia, se commisit, donec anni 1644. die 29. mensis
Novembris, creatori suo animam, quam ob ipso acceperat,
reddidit. Nostrum erit Academiæ Civis seni
huic ad cœlos, potiorem partē quæ anima est translato,
ultimum exhibere honorem, & corporis, quas nobis re-
liquit, exuvias, ad dormitorium comitari. Id ut singu-
li faciant, & eo nomine in templo Mariano ad hodie-
nam mediam secundam conveniant, amice & serio eos
hortor. P. P. Rostochii postridie Matthiæ Apo-





Gebhardum nominari curarunt, O
tum non solum pie eduxerunt, sed
quæ generis nobilitatem exornant, i
nullis sumptibus pepercerunt. In li
bus domi ita instructum, ut cum lau
miis versari posse putaretur, Em
strum parentes, annos natum sedeo
stochium ablegarunt, & eum vitæ ac
sori acerrimo Dn. Simoni Pauli, Tho
nos & Superintendenti celeberrimi
runt, cujus domo & convictu per an
cum uteretur, non potuit non mo
prior, & eruditione instructor
Rostochio Jenam perrexit, ibidem
nium integrum hæsit, nec otio, ale
tionibus, quod, nimis quam frequen
eos, qui Studiosi dici volunt, tempu
sed quod ingressus erat literarium s
nuè decurrit, & sui in Juris studio p
cumentum reliquit, *disputationem*
quam sub præsidio Nobilissimi &
Arnoldi Xeyern J. C. & P. P. cum lau
habuit. Jena Ingelstadium ivit, & in
cos Oberti Giphaniij Juris Antistit
mi per sesquiannum vixit. Tanti
novennium propemodum, vitæ a
informatioribus, nō potuit non Emo

H 3

